



Scientia Sanctorum

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan. Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In Dominicis, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

Puente, Luis de la

Dilingæ, 1685

16. Decollatio Sancti Joannis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60561](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60561)

MEDITATIO XVI.

Martyrium Ioannis Baptista.

PUNCTUM PRIMUM.

Ioannis fortitudo, & constantia animi, qui *Mar. 6.*
 cum magni fieret ab Herode, *Qui metue-* 20.
bat Ioannem, sciens eum virum justum & san- Non ti-
ctum, & audito eo, multa faciebat: cumque metHe-
 Herodiadis impotentiam animi & crudelita- rodem.
 tem non ignoraret, neque ob gratiam, ne-
 que ob metum destitit à reprehensione, di-
 cens Herodi: *Non licet tibi habere uxorem fra-* *Matt.*
tris tui. 14. 4.

PUNCTUM II.

Herodes tenuit Ioannem, & vinxit, & inclu- *Restabat*
 sit in carcerem. Hactenus in honore fue- persecu-
 rat Ioannes, debuit persecutionibus tanquam tio Io-
 aurum probari. Nec abnuvit, aut captavit late- anni.
 bras, aut fugam; sed promptum se obtulit, car-
 ceremque in domum orationis vertit, nec desti-
 tit à prædicatione. Inde enim misit discipulos
 ad Christum, cupiebat autem dissolvi, & Patri-
 bus etiam Limbi Christum annuntiare, ex offi-
 cio præcursoris.

PUNCTUM III.

Vitia conspirabant in Sanctum. Ingluvies *Exerci-*
 convivii, luxuria Herodis, levitas puellæ *tus dæ-*
 saltantis, jactantia promissi, ficta Religio ju- *monis.*
 rament-

ramenti, illum neci destinant. Et huc præcipitatus est Herodes, quod audire Ioannem desinit qui interpretatur gratia : sic, cum occludimus aures divinis inspirationibus, quotidie in peccatum ruimus.

PUNCTUM IV.

Mors &
gaudiū
S Ioan-
nis.

Gloria
ejus.
3. Co-
rolla.

O truncatur Ioannes : excepit gaudio sententiam mortis, præbuit jugulum, orationem pro persecutoribus suis. Deducitur ejus anima in sinum Abrahamæ ab Angelis, & qui natiuitate sua multos lætificauerat, migrans è corpore, replet lætitiã Sanctos, qui Salvatorem expectabant. Cujus Sancti gloria æstimari potest et vita sanctissima, quodque tribus laureolis, *Virginis, Doctoris, Martyris* insigniter decoratus sit.

MEDITATIO XVII.

Miraculum quinque panum.

Matt. 14.

PUNCTUM PRIMUM.

1.
Turbæ
pietas.

Ioan. 6.

1.

Osea 11.

4.

2.

I. Multa turba sequebatur Christum, partim admiratione doctrinæ, partim, *Quia videbat signa, quæ faciebat super his, qui infirmabantur*, ut ait Ioannes. *Hi sunt funiculi Adæ, funiculi charitatis*, de quibus Oseas, beneficia tum corporalia, tum spiritualia. 2. Apostoli misericordia moti petierunt à Christo, ut turbas dimit-